

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Claudii Ptolemei viri Alexandrini Mathematicę discipline
Philosophi doctissimi Geographię opus nouissima
traductione**

Ptolemaeus, Claudius

Argentin[a]e, 1513

Cap. I.

[urn:nbn:de:bsz:31-118326](#)

CLAVDII PTOLEMAEI
CL. PTOLEMAEI VIRI ALEXAN-
DRINI GEOGRAPHIAE LIBER .I.

In quo differat Geographia a Choro-
graphia. CAP. .I. ad initio

EOGRAPHIA MV^{er}
tatio ē per designationē
totius cogniti orbis/cum
his quæ fere uniuersaliter
sibi iunguntur/A Choro-
graphia h[ab]et differt. Nam
Chorographia particula-
rius a toto loca abscindens/per se de quolibet ipso
rum agit:describens ferme singula:etiam minima cō-
ceptorum a se locorum . quēadmodū portus/vil-
las/vicos/fluuios/ascensiones/ac huiusmodi. Geo-
graphiae autem propriū est:unā eandemq[ue] habita-
bilem terrā nobis cognitam / ostendere quomodo
natura sitq[ue] se habeat:circaq[ue] ea tm̄ intendit/quæ
per descriptiones orbis magis generales sibi iun-
guntur.veluti circa maiora oppida/magnas ciuita-
tes:montes etiā/fluuiosq[ue] insigniores. Præterea cir-
ca ea omnia quæ iuxta quālibet specie maiori no-
stra digna sunt. Finis Chorographiq[ue] est/partē totis
us sigillatim animaduertere. ut si quis aurē tm̄ aut
oculu pingat. Geographiq[ue] vero totū inspicere iu-
xta proportionē. ut si integrū quis caput designa-
ret. Integrī enim imaginibus cū oporteat potio-
ra membra primū adhiberi:deinde ea quæ imagi-
nes picturalq[ue] suscipiunt:ita æqua dimensione in-
ter se locari: ut ex iusta distantia visu possint dis-
cerni/an totū/ seu pars sit illius quod pingit/sequi-
tur non indigne/nec præter rem. Chorographiae
quæcunq[ue] etiā minima proprietatū / Geographiae
vero regiones ipsas/cū his quæ generalius sibi ad-
nectuntur,propriū esse tribui. Nam potiores no-
stre habitabilis partes quæ æqua dimensionū pro-
portionē notabūtur/prouinciae siue regiōes sunt:
& harum priora habētur membra/differentiæ ma-
gis insignes. quæ in ipsis regionibus sunt. Versat
autem Chorographia q[uod]maxime circa quale ma-
gis? q[uod] circa quantum eorum quæ describuntur.
Circā enim pingendi similitudinem omnino verti-
tur:cura situū proportionumq[ue] dimissa. Geogra-
phia vero magis ad quantitatē q[uod] qualitatem intē-
dit. Nā de proportionē distantiarum animaduer-
tit in omnibus: de pingendi vero proprietate non
nisi solum in imaginibus maiorū descriptionum.
Vnde Chorographia pictura egit>nullusq[ue] eā re-
ste componet nisi homo pictor. Geographia au-
tem non idem expostulat. Nam poterit quis per
puras lineas nudasq[ue] denotationes loca figere/ ac
figuratiōes generales inscribere. Quare illi mathe-
matica opus nō est:sed Geographiq[ue] ea potior ps: est
Cōtemplari enim in hac oportet totius orbis ma-
gnitudinem & formam. Præterea situs ad totum
orbem:ut fas sit partem cōceptam qualis & quā-
ta sit dicere:& sub quibus coelestis sphære paral-
lelis locetur. Vnde de dierum ac noctium magni-
tudine/de fixis quæ supra verticem nobis sunt/ de
stellis quæ supra horizontem semper feruntur/ de
his quæ perpetuo non nobis oriuntur / de omni-
bus deinde quæ ad rationem habitationū nostra-
rum spectant dissērtere poterit. Quæ humanis in-
genijs mathematico iure demonstrari altissimum
atq[ue] pulcherrimum est. ut cœlum ipsum natura se

LIBER PRIMVS 5

habeat: cum veluti ambiens nō ostendi possit. ut
terram ipsam per imaginē intueri valeamus: quæ
cum certa & maxima sit: neq[ue] vel tota vel p[ro] nos
circumambiat ab eisdem quibus cœlum peragra-
ri potest.

Quæ ad Geographiam præsupponen-
da sint. CAP. II.

Vis Geographiae finis/& i q[ua]bus a Cho-
rographia differat/strictim in prioribus
annotatum sit. Cum autem in præsentia-
rum propositum sit: habitabile nostrī orbis descri-
bere q[uod] maxime fieri possit intra se se aequalem: ne
cessē arbitramur i exordio h[ab]e[re] p[ro]ponere. Q[uod] hu-
ius rei primū est / historia peragrationis: plurimā
noticiam hacta ex illorum traditione / qui diligen-
tissime regiones quasc[ue] explorauerunt: q[uod]q[ue] huius
ce animaduersiōnis atq[ue] traditionis ad geometri-
cam h[ab]et illud ad obseruationem fixarū pertinet.
Quod geometricū est / per purā dimensionem di-
stantiarum ostendit qualiter loca inter se sunt si-
ta. Quod ad superiora refertur/eorundē locorum
positiones per fixas docet cū astrolabicis & + sci-
+ othericis instrumentis. Idq[ue] certū quidē est nec in
aliqua re anceps. Aliud vero genus & imperfec-
tius/& altero eget. Nā primo cū necesse sit utro-
q[uod] in modo præsupponi ad quem sitū duorum lo-
corum distantia vergat (non enim solū scire oportet
quātum hic locus ab illo distet: sed versus quā
eccl[esi]i plagam: hoc est an ad septentrionē/ seu ut ita
loquamnr ad solis ortum: aut alias particulares in
clinationes) impossibile est hoc considerare diligē-
tius absq[ue] dictorū instrumentorum ope. Ex ipsis
enim omni in loco / omniq[ue] tempore facile inueni-
ri potest linea mendianā: perq[ue] hanc distantiarum
peragratarū noticia. Deinde hoc etiā dato:dimen-
sio quæ fit ex numero stadiorum/ nobis certā no-
ticiā haud p[ro]b[et]. ob itinera: quæ raro recta sunt:
diuersiōibus multis terra marisq[ue] ita actis/ut opus
sit ex terrestri itinere secundū qualitatem & quā-
titatem distantiarū obliquarū: id quod rectū iter
excedit coniectare: atq[ue] e stadiorū summa minue-
re ut recta via inueniatur. Q[uod] etiam in nauiga-
tionibus ea ex causa contingit: & ex ventorū pa-
riter flatu:per totū iter cū æqualitate minime ser-
uato. Præterea & si eorum locorum distantia dili-
genter habita est: non tamen habetur ratio ad to-
tum terræ ambitum: necq[ue] captatur situs eiusdē ad
æquinoctiale circulū/vel ad polorū situm. Dis-
tātia autem quæ ex obseruatione superior[um] acquirit
hor[um] quodlibet diligenter ostendit. Præterea quā-
tas circumferentias vicissim circuli/parallelī/ meri-
dianijs qui per loca ipsa sunt descripti itercipiunt:
hoc est/ quales circumferentias in meridionalibus
parallelī & æquinoctialis intercipiunt: quales ue-
in parallelis/ & in æquinoctiali meridionales. De
inde docetur quotam partem occupent ipsa duo
loca circumferentiae maximi circuli / qui per éadē
in terra cirumscribitur. Quæ dimensio parta ex su-
perioribus stadiorum numeratione non egit: ha-
bita ratione partium terræ ad totius descriptionis
ambitum. Nam sat est/circulationem ipsius terræ
supponere tot esse partium quot libuerit: & hanc
totidem contineri a distantis p[ro]notatis in circu-
lis ipsius terræ maximis. Sed ad diuidendum totū
terræ ambitum/aut ipsius partes in distantias no-
stris stadiorum dimensionibus notas / h[ab]etæque

in habitabili orbe aequaliter quæ
fari possit ut se aequale
in explorata regione sit

Dimensio ex stadiis nō e-
recta q[uod] plures immen-
sas regiones.

Præterea et totū pro abitu et sive ad cōp[er]nere
alē et pola

B